

D. AVRELII AV-
GVSTINI, HIPPONEN-
sis Episcopi, Confessionum
Libri tredecim:

*Operâ Theologorum Louaniensium ex ma-
nuscriptis codicibus multùm emendati.*

Eiusdem Confessio Theologica
Tripartita.



LOVANIÏ,
Apud Hieronymum VVelleum
sub Diamante. 1573.

DIVI AVRELI

Augustini Confessionum

Liber primus.

*Admiratur diuinam maiestatem,
accensus cupiditate illam laudi-
bus prosequendi. Caput I.*



Agnus es Domine
& laudabilis valde:
magna virtus tua,
& sapientiæ tuæ nõ
est numerus. Et lau-
dare te vult homo
aliqua portio crea-

turæ tuæ, & homo circumferens morta-
litate suam, circumferens testimonium
peccati sui, & testimoniũ quia superbis
Deus resistis, & tamen laudare te vult
homo aliqua portio creaturæ tuæ. Tu
enim excitas vt laudare te delectet.
Quia fecisti nos ad te, & inquietum est
cor nostrum, donec requiescat in te. Da
mibi Deus scire & intelligere vtrum sit
prius inuocare te an laudare te: etsi sci-
re te prius sit, an inuocare te. Sed quis
te inuocat nesciens te? Aliud enim pro
alio potest inuocare nesciẽs te. An pot-
tius inuocaris, vt sciaris? Quomodo

A iij

autem

CONFESSIO
THEOLOGICA

*in tres partes distincta, à quodam
docto & pio ex D. Augustini
Confessionum & Medita-
tionum libris pulchrè
collecta.*

Item succincta Expositio Missæ
Romanæ.



LOVANIÏ,
*Apud Hieronymum VVellaum
sub Diamante. 1573.*

THEOLOGICÆ

Confessionis.

PARS PRIMA.



DE STO MIHI *Verum lumen.*
verum lumen Deus *лимен.*

pater omnipotens.

Adesto mihi verū

lumen de lumine,

verbum, filius Dei,

Deus omnipotens.

Adesto mihi vera

illuminatio spiritus sancte, patris & fi-

lij charitas, vnitas, & sanctitas, Deus

omnipotens. Adesto mihi o vna Tri-

nitatis, & trina vnitas, pater & filius &

spiritus sanctus, vnus Deus omnipotēs.

Te quidem inuoco in animam meam.

Intra rogo in eam, & coapta eam tibi,

vt possideas illam sine macula, & sine

ruga. Tu es Deus meus viuus & ve-

rus, Dominus meus pius, Rex meus

magnus. Te labijs & corde, & omni

qua valeo virtute laudo, benedico at-

que adoro. Te inuoco, ad te clamo

clamore magno in toto corde meo.

LOVANI

Excudebat Ioannes Misius
Typogr. Iur at.